

eius partes tenet, et eo adhuc vivo librum scripsisse videtur, a pluribus, inquit, commonitus, ut rescriberet varia fata episcopi, qui procellis litis inter imperatorem et papam actae agitatus, episcopatu depositus, ad minores dignitates rediit, et his contentus iterum oblatum episcopatum refutavit. Quae de ipsius morte referuntur post addita videntur, sive ab eodem sive ab altero scriptore,<sup>5</sup> qui versus paullum diversos fecit.

Ad pedestrem vero orationem rediit, qui de Odone episcopo, Galceri adversario, retulit, breviter quidem, ita ut paucas tantum pagulas expleret, et vitam viri de litteris bene meriti in Tornacensi s. Martini coenobio ante actam, quam magnis laudibus Herimannus Tornacensis extulit, vix verbo tangeret, sed eius<sup>10</sup> causae addictus, de Galcero satis acerbe iudicans. Sane quae tunc in Cameracensi ecclesia oppositae erant factiones etiam historiam sibi vendicarunt, nunc vero earum foetus in hoc codice pacifice sunt<sup>1</sup> coniuncti.

Burchardi episcopi duae exstant vitae, altera pedestri sermone, altera iterum aersibus conscripta. Re vero accuratius considerata haec nihil fere est quam<sup>15</sup> prioris caput primum in versus redactum paucis tantum accuratius expositis, quod ab ipso auctore factum esse, idem verborum usus ~~comparatur~~ obliquame  
versus amasse etiam longior narratio priori vitae inveniatur. Quare vix latius quidquam evenerit.

<sup>10</sup> saec. XI. usque ad medium saec. XII. pertinent.

Is, olim monasterii Altimontensis, deinde collegii Jesu Ant. bibliothecae Parisiensi illatus, novae acquisi. nr. 264, membr. saec. XII. ex.